



**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis
Aquinatis**

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.

Tabula in sequentem tractatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

De immortalitate anime. Sermo I

studium et profundum ardētissime charitatis dei: qui sua amplissima et immensa clemētia paratus est semper peccatoribus penitentibus dare salutē: quā nobis oibus largiatur ipse qui uiuit et regnat in secula seculorū. Amen.

Explicitus est tractatus de diuina caritate.

Tabula in sequentem tractatum. De immortalitate anime: ubi tractatur de vita in comuni. Sermo. i.

De vita hominis ante suā beatitudinem. Sermo. ii.

De immortalitate anime que sua nobilitate exemplis et testificatione probatur. Sermo. iij.

Sequitur tractatus de immortalitate anime: cuius sunt sermones. iij.

De vita in comuni. Sermo. i.



Alli autem in perpetuum uiuent. Scribuntur hec uerba originaliter Sap. v. Quoniam falso plerique opinantur certitudo huius corporali morte amplius nec uiuere nec uiuificari posse: fiatque ex hoc in oibus uitijs huius deteriores: in presenti tractatu de immortalitate uita: statui consilium. Est quippe satis superque necessarium aperire oibus: quemadmodum dei sapientia statuit ut homines pro uarietate meritorum aut in eternum uiuant in felicissima patria paradisi: aut illam contemneres eternis supplicijs deputentur. Nam quod durior: petra celsi perit: quod peccator: homo: qui sentiens certitudinaliter: proponi sibi bonum et malum perpetuo duraturum a peccato separari non curat: huiusmodi equidem iactura est pro momentaneo et labili huius mundi bono perdere gaudium: non quod de futuro: et obligare se in seculo pro ad eternas penas. Quapropter ut ipse immortalis uite plenior ac lucidior possit haberi noticia: in hoc sermo

ne ad uitam in communi stilum nostrum dirigemus: de qua tria mysteria erunt contemplanda.

Primum erit de uite diffinitione.

Secundum erit de uite originatione.

Tertium erit de uite substantiata susceptione.

Quid sit uita secundum philosophum declaraf: et an anima sit ipsa uita. Cap. i.



Primum dicendus erit de uite diffinitione. Nam ut Cicero tradit in. s. de offi. Ois que a ratione suscipit de aliqua re institutio: debet a diffinitione perfici: ut facilius intelligatur quid sit de quo disputet. Igitur inquiram? primo quid sit uita. Et diffinitur sic a philosopho lib. de motu cordis. Anima est actus anime primus in motu corporis adaptati ad mouendum. Ex quibus uerbis dubitatio mouetur: an uita sit ipsa anima? Et quibusdam uidetur quod sic. Nam Ambrosius in li. de bono mortis ostendit quod anima non potest mori: quia est uita: et uita est contraria morti. Aut autem sic. Anima uita est: quomodo potest mortem suscipere: cum sit ipsi contraria? Ipse etiam Ambrosius in eodem lib. probat quod uita sit anima: sic. Cui anima infunditur: uita infunditur: a quo anima discedit: uita discedit. Anima ergo uita est. Iste. li. s. de summo bono. Uita inquit corporis est anima. Sed et philosophus uult quod anima uiuat seipsa. Igitur erit sua uita. Quod probari potest. Anima uiuit: aut ergo seipsa: aut alio. Si alio: aut illud uiuit: aut non. Si non ergo non dat uita. Si uiuit: ergo aut seipsa aut alio. Tunc similiter querit de illo alio. Si ergo non est abire in infinitum: relinquit quod illud quo uiuit uiuit seipso. Sed uerisimilius est quod anima uiuat seipsa quam aliud quo uiuit: ergo anima seipsa uiuit: ergo anima uita est: ergo uita est anima. Soluit autem hanc ambiguitatem. Alex. in. ii. volu. sum. sue di. q. xc. mē. ii. ar. ii. quod uita non est anima sed actus ab ipsa egrediens. Quia ut scribitur in libro de motu cordis: primus et continuus actus anime uita est. Unde